et vini p̄lo laicali utriusq3 speciei Sz iustici p̄m articlum vitati contrariū dn̄s ūr ih̄us
xp̄us improbat confundit et destruit p̄mo qd tum dicit / hoc nempe illud p̄nom
hoc ē neutrassim quia substātiua^r in neutro gn̄e ut dicunt gr̄a dissinunt^r aūt hoc p̄nom
hoc ad exponendū et ad demostrandū vm̄ corp9 xpi ut tectū et uelatū et hoc inuabilit^r
et congrue Nam in hoc uerabili sacrm̄ento euidencia oc̄ima^re admirat^r sensus insufficiens
tum dicit^r hoc existencia substantiua^re opatur vita inde, ^facies tum dicit^r Est excellenciaz
distancia venerat^r aspectus sic respiciens tum dr̄ corp9 meum denotat^r magnū q3 p̄nom hoc
stupor et admiracō facta ob om̄ sensus humanos p̄figuratam hunc scribit^r Gen xxvij Cum̄
issac sene visus caligabat tactus hesitabat gustus litigabat s3 solum auditu veritatem
credidit et vm̄ asseruit dc̄s Vox quidē vox iacob ē Sic in hoc venli sacrm̄ento omēs
sensus humani decipiunt^r Sz solo auditu fideliter creditur Cum̄ ap̄lum fides ex au-
ditu auditus aūt p̄ vm̄ xpi dicentis hoc ē corp9 meū / ym̄ B̄ Thomas ait et si
sensus deficit ad firmandū cor sinncerū sola fides sufficit Importat etiā h̄ot
p̄nom hoc quadam euidenciā corp̄is xpi misticū et sp̄ūale et namq3 h̄ p̄noꝝ
h̄ distinctiū distinguit eīm h̄ ab illo q̄ in vitate autor gr̄e docet quam
p̄nomia demostiua manet in coꝝ gn̄e caꝝ que demostrant^r Ideo uitatem

est hic esse quod demonstravit verus deus et salvator ut ait Verba que loquutus
sum vobis spiritus et vita sunt Caro autem non prodest quidquam Hoc ergo ambo-
rum duplicem insinuat manducacionem scilicet sacri corporis carnalem videlicet et spi-
ritualem Sed tamen carnalis manducacio absque spirituali non prodest quidquam ut ait Vitam
Spiritualis autem manducacio absque corporali prodest plurimum quia vivificat prout patet in multis
martiribus qui absque manducacione corporis Christi sacramentali vel carnali in solo baptis-
mo et fide que est manducacio spiritualis habent vitam eternam Quod probat doctor katholicus
beatus Augustinus in libro de vera penitentia et habetur in textu sententiarum libro iiij°. di. ix capitulo Ut quid
sic ait ut quid paras dentem et ventrem crede et manducasti Et quibus verbis in oppositum
primi articuli Bohemorum merito arguendi assumuntur contra primam in sextis conclusionem katholicam
Que est hec Cum quovis sacramentalis utriusque speciei sub laicali iam diu abolita velut per recto-
res katholicos virtute clavium sit irritate Igitur non est de necessitate salutis nec debet contra consue-
tudinem universalis ecclesie immo sacramentalis sub laicali sub utraque specie institui Hanc primam
conclusionem katholicam probat beatus Augustinus in libro ad Januarium ut habetur in decreto
di. xii in capitulo Omnia illa inquit que non sunt scripta sed tradita custodiendum Que quidem
toto orbe terrarum observantur quod datur intelligi quod ab ipsis apostolis vel a plenariis conciliis quorum
est in ecclesia saluberrima auctoritas statuta et confirmata retinentur Ut Augustinus probat eciam hanc
primam conclusionem katholicam Constantiensis collectiano concilio in quo generali concilio reprobata
sunt illa heretica opinio Que dicebat quod quovis sacramentalis tamen sub specie ipsius panis
sub laicali non erat sufficiens ad salutem quod est heresis Ideo presupponunt in constitucione
in eiusdem primi collectiani concilii Jam diu oblatam fuisse a laicis quorum talis
Et ita in nostro articulo ullo laicis fuisse unum quorum insurdam sacra scripta quamquam
constantiensis sinodus in prefato lectione continuata ut obstinentur ob loquendum iniquam
vetustatem illam et statim tamen fuisse panis quorum laicis constitucionem suam canonicam
approbavit et confirmat et per quas pertinaciter asserentes oppositum Bohemos reprobat et con-
dempnat Bohemi namque pertinaciter asserunt quod in sacramento altaris remanet panis
materialis et simpliciter tamen dicunt corpus Christi eo quod accidens non potest stare sine subiecto Et
contra hec esse primum materialem et esse dicta paganorum heretici tamen esse panem supernalem
et esse dicta Christi falsum est Quia ut ait beatus Augustinus ipse dixit et facta sunt omnia Et
quia hic dixit hoc factum est nullo dubio Et asserunt eciam Bohemi Quod sacramentum corporis
Christi non est datum ad cultum sed ad communicandum id est non debet adorari sed manducari debet et bibi
Ob hoc sacerdos Bohemorum Thaboritarum numquam gestitur nec defert tonsuram sive coronam
et numquam induit ornatum aut vestibus sacris ad missam Sed solum in sordida tunica
stans ante mensam dicit pater noster et verba consecracionis alta voce in lingwa bohemica et statim
absque elevacione manducat illum panem et bibit calicem et hoc in contemptum ordinacionis et
auctoritatis sancte matris ecclesie katholice Ideo Thomas in secunda secunde q. x articulo xii° inquit
Maximam habet auctoritatem ecclesie katholice consuetudo que semper est imitanda in omnibus Quia
et ipsa doctrina doctorum katholicorum ab ecclesia vel habet auctoritatem hereticorum itaque occa-
sione ut ait Isidorus de summo bono capitulo xiiii° propagati sunt doctores in fide Quia
contra heresim et obscuritatis quamquam scripturarum in qua caligantes heretica aliud quam
se res habet intelligunt Quin Bohemi heretici non intelligentes scripturas sacras valde
imperitiore et valde truncate allegant precipue autem dicta Innocentii Luce Richardi
Thome Alberti et aliorum Quia quando dicta doctorum licet inter se diversa esse videantur
ab diversa quam tempora referuntur non tamen sunt adversa ut in beatus Augustinus in O nichila Et habetur
in decreto ii q. i capitulo Si peccaverit Ubi canon sic ait Distingwe tempora et concordabis
scripturas Quia auctoritates doctorum katholicorum semper debent intelligi et exponi secundum
katholicum sensum que consonant et non secundum omnem sensum quem efficere potest Quia
si esset processus in infinitum et sic de quolibet posset probari quodlibet Et si dicta in
Innocentii Thome vel aliorum quorumcumque doctorum essent contraria determinacioni vel pre-
cepto ecclesie katholice non debent allegari Et si allegantur non debent admitti nec debet eis
credi Constat enim multos et vero coram apostolos plurima scripsisse ewangelia et tamen sola
quatuor ewangelia non a Christo sed ab ecclesia katholica sunt recepta et affirmata ut habetur in Canone

Di. xv ca° / In primis dominus b. aug(ustinus) libro xi° contra faustum hereticum sic ait Ego non
crederem ewangelio nisi me auctoritas ecclesie confirmaret Sic nec thomas nec innocencius nec aliquis
doctor alius vult nec credatur dicto suo Si in aliquo ecclesie katholice esset adversum Omnes
namque doctores katholici fideliter credunt et tenent quod ecclesia vniuersalis regitur a spiritu
sancto in fide et in hiis que sunt de necessitate salutis nunquam errasse approbata Vt habetur
in decreto xxiiii q. j a recta Ideo omnes doctores omnia eorum dicta et scripta sub-
mittunt et subiciunt correctioni sancte matris ecclesie katholice et apostolice Vnde b. aug(ustinus) contra
manicheorum hereticum et habetur in decreto di. xi ca° palam vero sic ait Palam est quod in
re dubia fidei ecclesie katholice valet auctoritas que ab ipsis apostolis vsque in hodiernum diem
certa perseuerat Magis quod doctor sanctus jeronimus scribit in epistola ad emdiam indnam
Et habetur in Canone q. x. in c. vas in nabis inter alia placet nisi quod ab ecclesia katholica receptum
est Et quod in ecclesia publice dicere non timeo Vnde Jeronimus Omnes namque homines qui
ecclesie katholice et apostolice obediencie contempnunt scismatici sunt et postea infideles merito Ita
habetur in Canone octuagesima prima di. ca° Si quis et quicumque homines contra ecclesiam dei
derogando loquitur hereticus reputatur Et habetur in decreto xxii di. ca° Omnes et di. xix
capitulo Nulli phas est/
Sed iam ad argumenta Bohemorum Rudeam / Primo arguunt Bohemi Dominus
Cristus in Ewangelio precepit omnibus communicandum sub vtraque specie communicandum quod dixit Nisi ma-
ducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis
Joh. vi Ergo de precepto xpi et de necessitate salutis quod sub vtraque specie liceat Sed in istam Rude-
tur dicitur quod predicta verba xpi Nisi manducaueritis et biberitis Sic intellecta primarie de
manducacione et bibicione sacramentali falsificarentur in paruulis pueris nondum baptisatis et sta-
tim defunctis Rem pueri absque manducacione et bibicione sacramentali in solo baptismo
vitam habent Ut probat b. aug. libro ii de baptismo paruulorum et habetur in decreto de consecracione
di. iiii° ca° Nulla in hoc verba Nulla preter baptismum salus paruulis promittitur Nam pueri
baptisati xpo incorporantur et in illo vivunt salui et redempti et liberi fiunt/ falsificarentur
etiam predicta verba xpi in multis adultis sicut in beato latrone qui pendens in cruce cum domino
absque manducacione et bibicione sacramentali habuit vitam eternam dicente domino Amen dico tibi hodie
mecum eris in paradiso Luce xxiii / falsificarentur etiam in illis quinquaginta oratoribus
quos sancta katherina ad xpum conuertit Sic ecclesia pie credit Et etiam in multis milibus
martirum Similiter in omnibus hominibus qui habitant in frigidissimis partibus septen-
trionalibus in quibus vinum non potest reperiri Cum tamen sacramentum calicis absque vino non posset
confici Ergo illa verba Nisi manducaueritis et biberitis non debent intelligi nec exponi de
manducacione et bibicione sacramentali que est carnalis Sed de manducacione et bibicione
spirituali sine qua non est salus neque vita Ut probat doctor katholicus sanctus Jeronimus et habetur
in decreto de consecracione di. ii ca° dupliciter in hoc verba Dupliciter intelligitur caro xpi vel illa que
crucifixa est vel illa spiritualis de qua dominus dicit Caro mea est vere sed anime et non spiritualis
Et sanguis meus vere est potus sed anime et non spiritus Nam sacramentum quod est species panis et vini
non potest esse cibus vel potus anime Sed possunt esse cibus et potus corporis si sumuntur cum magna
quantitate Ideo predicta verba non debent intelligi de manducacione sacramentali sed spirituali Ut ipse dominus
et saluator noster confirmat consequenter in eodem ewangelio dicens Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem in me manet et ego in eo spiritualiter et non carnaliter i. sacramentaliter
Quia xpus sacramentaliter non manet in nobis nisi in quantum species sacramentales durant
Vnde b. aug. super Johannem dicit in hoc verba Quid est manducare carnem xpi et sanguinem
eius bibere nisi in xpo manere et xpum in se manentem habere Nam qui non manet in
xpo et in quo non manet xpus procul dubio non manducat carnem xpi nec bibit eius sanguinem
Quamuis videant sacramenta corporis xpi masticant dentibus sicut hoc eciam deuote
quod doctor sanctus Hugo in epistola ad fratres Cartusienses de monte dei sic ait Quoties-
cumque in cella vera in commemoracione eius qui pro nobis passus est eius passionem
pie et deuote ac fideli affectu fecerit totiens carnem eius manducat
et sanguinem eius bibit quamdiu in xpo manet et ipse in nobis Ideo

sicut Thomas parte tercia et in postilla super Johannem et super quarto sententiarum dicit quod
solum conficientes i. sacerdotes tenentur in commemoracionem Christi passionis sub utraque specie communicare
laici vero sub sola specie panis sumat corpus Christi in quo est eius verus sanguis ut hic sit quod
dictum est non nisi biberitis quia bibere in hoc loco idem est quod sumere vel communicare Magnus quoque
doctor albertus in tractatu de missa aliquid superaddit dicens Ecclesia katholica primum quando
faceret ut dispensaret cum presbiteris habitantibus in illis regionibus frigidissimis inquo
in illaterum vinum reperitur ut sub sola specie panis possent missam celebrare et suffi-
ceret eis ad salutem Quia sancta mater ecclesia katholica fideliter credit et tenet quod in sacramento al-
taris sub sola specie panis est verum corpus Christi et verus eius sanguis tam in qualitatem
et quantitatem in divinitate et ad omnia conferens digne sumenti vitam eternam Quod probat
ipse dominus salvator noster Johannis vi^o Qui manducat me et ipse vivet propter me Non dicat
et ipse vivet propter utrumque speciem panis et vini quia ille species vitam eternam non possunt
conferre Ubi refert ewangelista Cum enim dominus noster diceret Et dixisset illa verba nisi manduca-
veritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in nobis
Statim septuaginta duo discipuli sunt scandalizati et valde irati recesserunt
a domino et iam et iam volebant cum eo ambulare Tunc super dulassimus dominus noster Jhesus
Christus conversus ad duodecim apostolos dixit eis hoc vos scandalizat quod dixi nisi manducave-
ritis carnem et biberitis sanguinem Quid si videritis filium hominis ascendere in celum ubi erat
prius Tunc intelligetis quod verba que dixi vobis spiritus et vita sunt Caro autem et san-
guis non prodest quicquam Et si pater dicat verba illa que dixi volo intelligi de manducacione
et bibicione spirituali sine qua nemo habet vitam eternam Ex quibus tamen sic infero
Quod non est de precepto Christi nec est de necessitate salutis sacramentum sanguinis laicis ministrare
Quia sequitur quod omnes patres bohemi ymmo omnes laici etiam in tota germania
francia et per mundum universum preteriti patres et futuri omnes essent dampnati quia
omnes contempserunt preceptum Christi non bibentes de calice sanguinem eius quod de necessitate
est salutis ut dicunt bohemi Et sic tota katholica ecclesia semper errarunt in fide et errat
continue quod est hereticum non solum dicere sed etiam cogitare Ideo necessario sequitur Quod
communio sacramentalis sub sola specie panis et vini exceptis sacerdotibus non plus nec minus
sumunt de re sacramenti quam laicus qui communicat sub una specie tamen Quod probatur quia non
plus nec minus est totus Christus sub una specie tamen sicut sub utraque specie tamen simul ut probat beatus
Thomas parte iii^a questione lxxx capitulo xii^o Et magister sententiarum libro iiii^o distinctione xi sic ait Sub utraque
specie totus sumitur Christus nec plus sub utraque specie simul nec minus sub una specie tamen Eadem species
ratio est ut ait Hylarius in corpore Christi que in manna precessit de qua qui plus colle-
gerat non habebat amplius et qui minus paucat non habebat minus Exodi xvi Et in
Secreto de consecracione distinctione ii capitulo ubi pars ibi totum Ergo prima assercio bohemorum est falsa
h v.k Sed iterum arguunt bohemi de primitiva ecclesia omnes fideles sub utraque specie communica-
bant ergo in presenti ecclesia sic omnes debent communicare Respondetur primo negando antecedens quia
nulla scriptura hoc testatur Ymmo actuum secundo legitur quod erant fideles perseverantes in doctrina
apostolorum et communicacione fraccionis panis et oracionibus Sed deinde nulla sit mencio de vino. Ecce
figure huius sacramenti sicut agnus paschalis manna celestis quinque panes ordeacei et
describuntur qualiter debeant manducari sed de vino nichil scribitur Secundo infero octin-
genti sunt anni quod tota bohemia in Christum credidit tempore Sergii pape quarti et
multas sanctas matres habuit qui sub una specie panis communicabant Nos quoque bohemi
iuvenes in praga studentes cum Johanne Huss et Jeronimo ac cum Jacobello et
marco et cum aliis condiscipulis morabamur in collegio Regis wenceslai et quolibet
anno circa festum pasche communicavimus omnes sub sola specie panis sicut communicabant patres nostri bo-
hemi heretici ad despectum sancte matris ecclesie katholice novam fidem invenerunt Quia
tempore communicacionis comparat multos calices consecratos ad bibendum laicis et satis mulieribus in
ecclesia sicut in taberna sicut generacio prava atque perversa et infideles filii Quia colunt
novam fidem quam non coluerunt patres eorum Deutronomii xxxii Ergo multo illud dicitur
Etiam tamen pro maiori confutacione huius erroris presupponamus quod in primitiva
ecclesia fideles sub utraque specie communicassent Tamen non sequitur quod in presenti Ecclesia

fideles sic deberent communicare ergo negatur illa consequentia que implicat contradictionem. Quod probatur
quia in primitiua ecclesia baptismus Iohannis aliquid erat bonum Actuum vii° et xix°. Eciam in primi-
tiua ecclesia malus immo non est baptismus bonum aut et malum conferunt. Deinde in primi-
tiua ecclesia paulus apostolus circumcidit thimotheum Actuum xvi°. Et si hodie episcopus Basiliensis
aut dominus legatus qui tenet locum pape propter omnes circumcidi qui sunt in ista ciui-
tate, ego certus sum quod bohemi qui nunc sunt in Basilea primi contradicerent nec vellent
circumcidi. Tamen ritum primitiue ecclesie multa enim pro tempore et loco laudabiliter sunt inuenta-
ta ut inquit Canon di. causa. Concludimus ergo quod obiecto bohemorum videtur esse falsa.
Sed adhuc arguunt bohemi quod Ecclesia vniuersalis non potuit mutare ordinaciones ad ritum
primitiue ecclesie in non communicando laicos sub vtraque specie ergo de necessitate salutis laicus sub
vtraque specie debet communicare. Negatur assumptum quia presupponitur falsum quod probatur sic
Ecclesia vniuersalis potuit mutare quedam precepta dei apostolorum ac precepta potuit
mutare que sunt maiora ergo potuit mutare minora. Consequentia nota sed antecedens probatur
Exodi xx ubi dominus precepit celebrare et sanctificare diem septimum id est sabbatum ritu sem-
piterno Et quicumque violaret sabbatum morte moriatur. Tamen ecclesia vniuersalis tamen
salute subditorum mutauit diem septimum in diem octauum et sabbatum mutauit
in diem dominicum celebrandum quod videtur esse contra dei preceptum. Deinde scribitur Actuum
xv° Cum apostoli et seniores congregati Jerosolimis in concilio generali decreuerunt quatuor
precepta omni populo christiano seruanda in hac forma visum est spiritui sancto et nobis nichil
amplius vobis imponere oneris nisi ut abstineatis ab immolatis simulacrorum et sanguine et
suffocato et fornicatione. Hec decreta paulus circuiens totam Syriam et Ciliciam
predicauit omnibus esse seruanda. Cum ecclesia nunc ecclesia katholica de illis quatuor apostolorum
preceptis mutauit duo quia cum bona conscientia nos vtimur sanguine et vtimur suffocato.
Quod autem hoc potuit mutare probatur quia ecclesia que nunc est vniuersalis vnam et eandem
auctoritatem et potestatem habet immediate a christo quam habuit primitiua ecclesia tempore apostolorum non
obstante quod magister sacerdos prahensium hereticus in publica audiencia concilii basiliensis
exponebat illa verba euangelii vidimus stellam eius in oriente. Ait nam in hac forma
Stella in oriente est primitiua ecclesia quia tunc erat similis pauperi et casta non habens ma-
culam neque rugam que est nunc vera sed presens ecclesia vniuersalis est auara superba cupida et las-
ciua et meretrix et quod nolebat immo probare probat dominum nostrum Jhesum christum esse adulte-
rum quia habet sponsas duas id est duas ecclesias vnam pauperem et castam et aliam auaram et
meretricem. Sed absit a christifidelibus hec sacrilegia bohemorum doctrina blasphemans christum
dominum nostrum Et sponsam eius sanctam matrem ecclesiam katholicam. Que presens et primitiua
non sunt due sed vna est christi sponsa quam ipse in cruce aperto latere desponsauit
sanguine suo precioso ipse enim dicit Canticorum vi°. Vna est columba mea immaculata
mea amica et sponsa mea et in simbolo fidei quod dicitur Credo dicitur Et vnam sanctam
katholicam et apostolicam ecclesiam vnam sanctam et aliam non sanctam. Cum ergo vna est ecclesia
vna et eandem habet potestatem immediate a christo et per hanc potestatem potuit
mutare presertim illa que non sunt de necessitate salutis. viii di. Augustinus. Et specialiter specien-
...que et alia in ecclesia modo non in parua tam in lege dei quam in vsu
sacramentorum. Sola ecclesie consuetudinem sunt mutata et laudabili consuetudine sunt
confirmata ut habetur in decreto di. xii causa Ecclesiasticarum ergo tercia obiecto bohemorum est falsa.
Sed adhuc arguunt bohemi quod Ecclesia Grecorum orientalis communicat laicos sub
vtraque specie ergo ecclesia vniuersalis sic debet laicos sub vtraque specie communicare. Negatur quia quod
arguunt aptum ad vtrumque quia pars est valde suspecta. Quod probatur quia ecclesia
Grecorum non est ecclesia fidelium sed est Ecclesia malignancium de qua dicit propheta dicens
Odiui Ecclesiam malignancium id est grecorum et cum impiis et cum bohemis non sedebo psalmo
xxv°. Dicitur ecclesia malignancium et impiorum sunt omnes scismatici et heretici qui a
fide katholica apostatant. Ideo non sunt ecclesia dei sed sunt ecclesia diaboli ut habetur in
decreto xxiiii q. i. capitulo Qui non omnes Greci laici non bibunt sacramentum de calice
sic faciunt bohemi quod ego vidi sacerdos magis grecorum intincxit panem sacramentum
in vino in vno calice ligneo et sic comedit sacramentum de calice sicut comederet

potagium. Similiter cum coclear ministrat sacerdos laicis grecis acsi corpus ministraret cum coclear,
potagium corporis. Greci enim per capras significantur Daniel viii ubi angelus exponit regem
Grecorum et hyrcum capras quia omnes greci sunt sicut capre viles fetidi et barbati. Et
propter vilitatem suam iam perdiderunt ante temporale dominium ita quod nil aliud habent nisi unam
pravissimam civitatem Constantinopolim que est plena adulteriis et incestis sicut ego vidi.
Hanc vocant Bohemi ecclesiam orientalem. Sed verius diceretur ecclesia hereticalis. Nam omnes
Greci non sunt heretici. Et sunt excommunicati per sententiam Leonem papam et Innocentium papam tercium.
Sacerdos autem Bohemorum consecrat multos calices in una missa cum uno vino et hoc facit
ideo quia in Praga et in Bohemia est plurimus valde multum et valde stulti ita quod in una ecclesia
erunt plures quinquaginta. Quia tamen multa quibus non sufficerent centum calices consecrati ad
bibendum. Sed queritur unde habent auctoritatem sacerdotes Bohemorum consecrandi tam multos calices
in una missa. Non habent a Christo quia Christus nisi unum calicem in ultima cena consecravit
eciam dedit discipulis suis: bibite ex hoc omnes. Unde anno preterito in publica audiencia sacer-
dos theologie et doctor quidam eorum dicebat. Cum Christus per illa verba bibite
ex hoc omnes precepit omnibus laicis et saltem mulieribus de calice bibere. O caput cecum
et vere hereticum nesciens quod illud adiectivum omnes respexit ad xii apostolos qui erant
cum eo discumbentes sicut habetur Luce xxii ubi dicitur et cum esset hora discubuit
et duodecim apostoli cum eo. Unde non dixit bibite ex hoc omnes ut plures calices
consecraret. Et quamvis scribitur dominum dixisse apostolis dividite calicem inter vos et non dixit di-
vidite aliis nec aliquem hereticum laicis et saltem mulieribus sanguinem Christi de calice ministrarent.
Immo ecclesia Christi tota habeat solum unum calicem consecratum in missa. Unde ut dicit beatus Gregorius
in omelia pascali. Tanta est unitas ecclesie et fidei ut unus panis sit corpus Christi et unus
calix sanguinis eius. Calix quem sacerdos katholicus sacrificat non est aliud nisi quem dominus
dedit apostolis suis [illegible] consecrat. Quo Bohemus habet illam auctoritatem non a Christo sed ab antichristo.
Quod probat beatus Paulus ii ad Thessalonicenses ii^o dicens. Iam antichristus scilicet per Bohemos operatur misterium
iniquitatis. Sed mira res cum Bohemi excepto solo scismate nullum ritus Grecorum
obsuerunt. Tamen vellent quod eciam velitis imitarentur Grecos acsi vellent quod Christus imita-
90 retur diabolum quod est inconveniens. Quo et illa obiectio Bohemorum est contra [illegible]
hinc primi Bohemorum articuli faciunt sic concludendo. Contra omnes hos perturbatores asserentes
quod communio sacramentalis sub sola specie panis populo laycali non est sufficiens ad salutem. Talis
est scismaticus et est in statu eterne dampnacionis. Quod probat doctor katholicus beatus Augustinus
in libro de fide ad Petrum in hec verba: firmiter crede et nullatenus dubites scis-
maticum vel hereticum preparato igne cum diabolo esse condempnandum nisi ad finem vite
sue crediderit ad unitatem ecclesie. Talibus namque scismaticis nec prodest baptisma
nec elemosina quantumlibet copiosa neque mors pro fide Christi suscepta. Et hec contra primum
Bohemorum articulum. Improbacio secundi articuli Bohemorum. Cum omnis christianus fidelis in
29 amore dei perfundatus in [illegible] regulatus in proximum dilatatus sacrificat [illegible]
ut in quolibet statu possit esse perfectus. Sed quia Nam dei sui et proximi amor de ne-
cessitate requiruntur ad perfectionem cuiuslibet fidelis christiani eo quod per amorem dei in optimo [illegible]
obiecto per amorem sui in ipso regulatur subiecto et per amorem proximi extendit subiecti ad
obiectum compositum in adiecta. Inchoat autem amor verus ut dicit beatus Augustinus in libro de civitate
dei capitulo xxviii^o a contemptu sui. Cum obediunt gratiam [illegible] reportat [illegible]
verum iuxta sententiam beati Iohannis Crisostomi sicut in scripto sic dicentis: Melius est odium propter deum
quam amor qui est propter ipsum. Sed eciam propter deum [illegible] debitores dei sumus. Cum
autem odio habemus propter ipsum nobis debitorem facimus deum hec Crisostomus. Et simile habetur
in decreto [illegible] in iii hec verba: Melius est pro veritate pati supplicium quam per adulacionem
beneficium. Unde ego improbo hunc secundum Bohemorum detestabilem articulum [illegible]
et Christo domino sponse quia eius sancte matri ecclesie valde adversum. Sed propter hec Bohemos
[illegible] aliud magis habeo [illegible] favorem. Contra 2^m articulum Bohemorum est hic qui
sequitur. Dominium temporale et civile est quod contra preceptum dei clerus occupat in preiudicium
sui officii per laycos et per potenciam secularem auferant et collant. Nunc secundum ar-
ticulum hereticum dominus noster Ihesus Christus improbat confundit et destruit. Secundo vero [illegible]
dicit: Est. Nam secundum Grecos hoc verbum est dicit infinitatem primam quod est [illegible] sine
[illegible] alia verba dicunt aliquid determinate sicut dico amo lego [illegible] Sed hoc
verbum est dicit infinitatem quod non potest predicari nisi de deo. Unde Moyses dicit

Qui est misit me ad vos / Exo iii / Ecclesia universa deficiet sed est semper. Est enim
beatus petrus xi viciatus quia solida petra ecclesie et ideo ecclesia triumphans et militans
numquam deficiet. Quod confirmat dominus in evangelio Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam / Math. xvi / Et in ca-
none xxiiii q. i / Primo capitulo Super hanc etc. Queritur que sunt iste porte quia sunt iste por-
te inferni que non prevalebunt adversus ecclesiam Christi. Dicendum est quod porte inferni sunt heretici
quia per hereticos simplices homines seducti intrant in infernum sic per portas intrent
domum. Has portas dominus imperat per prophetam dicens Tollite principes portas vestras et
introibit rex glorie psalmo xxiii. Sed qui sunt isti principes illarum portarum inferni id est
hereticorum. Dicendum est quod tres sunt principes: est vikleff anglicus. Secundus Johannes hus
bohemus. Et tercius reprobus sodomita. Sed neque isti principes neque porte inferni id est heretici
prevalebunt ecclesiam Christi vere non prevalebunt. Ecclesia Christi quia est intacta veritas hec
promisit qui mentiri non potest. Dicitur enim beatus petrus petra ecclesie quia primus in nationibus
fundamenta fidei posuit et tamquam saxum immobile totius ecclesie compagem mole
sua contineat. Ita habetur in Canone di. l capitulo Fideliter. Item sanctus papa marcellinus
sic ait rogamus vos fratres ut non aliud doceatis quam quod a beato petro et eius succes-
soribus accepistis. Ipse enim est caput ecclesie. Cum dominus dixit Tu es petrus qui interpretatur
cephas id est caput / Et habetur in decreto / xxiiii q. prima capitulo Rogamus. Quoniam
vis in oppositum secundi articuli bohemorum medium assumens arguendo contra
affero conclusionem katholicam que est talis. Christianum est ut tota ecclesia tota katholica ab uno
regatur capite et principe sacerdotum papa quia Romana Ecclesia sit regina et domina ac
gubernatrix omnium salvandorum. Hanc catholicam conclusionem katholicam probat comitator Eloquentissimus
Cassiodorus Epistolarum suarum libro viii capitulo xii in hec verba Omnia sine capite confusa sunt q° ij
et dum unusquisque suam voluntatem cogitat unicam regulam cognoscat amittere discip-
line. Ergo vale est unum preesse. Cum reliquum dat obediencia. Omnia si voluntas diver-
sorum vaga relinquitur confusio omnia turbarum generatur. Hec cassiodorus magnificus
Quod doctor sanctus Jeronimus candidam catholicam conclusionem katholicam in epistola ad rusticum monachum. Et
habetur in decreto Causa vii q. i capitulo In apibus ubi sic ait Apes habent unum principem
et grues unam sequuntur ordine litterato. Imperator unus preses provincie unus. Roma
ut condita duos reges simul habere non potuit et fratricidio dedicatur. Unus gubernator
in navi. Et unus paterfamilias in domo. Ergo et unus summus pontifex in ecclesia Christi.
Et ideo est ista quia ex legali ordinacione nec populus nulla communitas absque rectore di-
u sine rectore regi non potest posse et habetur in Causa viii q. i capitulo Cum episcopatum
Deinceps Aristoteles gentilis ethnicus et paganus in ix scribit primo politicorum et in fine
xii methaphisice Entia nolunt disponi male / et quod pluralitas principancium mala
/ unus ergo princeps. Malum autem formaliter est privacio contrarius nulla positiva valet et subiective
mala sunt et dicuntur formaliter aut per se contraria opposita bona cognoscit. Nisi enim quis de
visu noticiam habeat non potest cognoscere cecitatem. Hic necesse est quod dubitet maiorem dig-
nitatem pape et sacerdotum quam principum laicorum etiam regum vel imperatorum. Ecclesia
secundum apostolum maior est qui benedicit quam qui benedicitur. Imperator namque dependet a papa et
ecclesie mediante sed non econtra ut habetur in decreto lxxxix q. capitulo Duo sunt. Item Gelasius
et Anastasius et Innocencius papa secundus Archadium imperatorem excommunicant. Sed quod ambrosius
tempore magnum Theodosium imperatorem excommunicant et ab ingressu ecclesie prohibuit. Item
Zacharias papa deposito Rege Francie dedit regnum Pipino patri Karoli ut notatur
in Canone xv q. sexta capitulo Alius. Ob hoc enim beato imperator mittit fidelitatem pape
et ecclesie ac tenet bona ecclesie ut habetur in decreto Sexagesima tercia di capitulo Tibi domine
ut etiam cum in testamento veteri ex precepto dei Samuel unxit et insecravit Saul
et David Reges primi regum x et xvi Sadoch quoque sacerdos unxit regem Salomonem
Paralipomenon xxix Et dominus loquitur ad moysen Dedi te constitui te deum pharaonis
regis Exo vii Et ideo dominus deus ad sacerdotes loquitur per prophetam dicens Ego dixi dii
estis et filii excelsi omnes psalmo lxxx ergo bohemi heretici non possunt facere episcopos et
sacerdotes iniustos pauperes et mendicos quia deus vocat duces et deos ac omnium
personas superiores. Quod probat doctor katholicus sanctus ambrosius in hec verba Episcopalem namque
et sacerdotalem sublimitatem nullus potest comparacionibus adequare. Nam si regum

et principum diademati compares longe inferius erit quam si plumbi metallum ad auri
fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla et principum genibus submitti sacer
dotum et oscula ipsorum dextera se credunt communiri orationibus. Et habet(ur) Et habetur
in decreto causa d(istinctione) c(apitulo) Duo sunt quibus nunc ... publica audiencia sacerdotum orphanum
... hereticum affirmabat omnes episcopos et sacerdotes debere esse mendicos et pauperes et probat
per epistolas Clementis apocrifas et predicta originis qui ... hereticum et ante mille annos
in concilio generali Alexandrino fuit condempnatus ut testatur Jeronimus in epistola ad the
ofilum Et c(etera) quod sanctam ecclesiam unius heretici allegat aliud hereticum quod ambo constat esse
falsum Ideo quemcunque dubitatur aliquid de fide est recurrendum ad papam et ad sanctam ro
manam ecclesiam / que nunc est in hoc sacro basiliensi concilio. Romana sacrosancta Romana ecclesia ha
betur a spiritu sancto in fide et non possit in errorem pertrahi et a recto tramite apostolice tradicionis
nunquam errasse comprobata est. Ita habetur in decreto xxiiij q. prima capitulo Hec est. Quod probat magnus
doctor beatus Jeronimus in explanacione fidei in hec verba: Hec est fides pater beatissime quam
in romana ecclesia didicimus quamque semper tenemus in qua si minus caute quid positum est emen
dari petimus a te qui fidem Petri tenes et sedem. Si autem hec confessio fidei nostre apostolatus
tui iudicio comprobatur quicunque me culpare voluerit non se catholicum sed hereticum com
probabit. Hec vero ego qui nil sum. Et glosa scribit Jeronimus et habetur in Canon. xxiiij q. prima
capitulo Hec. Ideo dominus deus Exodi xvij capitulo ait: Si quis sicut Bohemus vel Moravus superbiens
et noluerit obedire summi sacerdotis imperio morte moriatur. Hoc ille hec verba allegat primo
... ipsa ... in capitulo per venerabilem. Romana sacrosancta romana ecclesia catholica et apostolica ut
ait sanctus Anacletus ... et papa non ab apostolis sed ab ipso domino et salvatore nostro primatum et
principatum obtinet in ... quam dominus dixit super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Ideo
merito est regina et mater omnium salvandorum. Et probat spiritus sanctus per prophetam dicens astitit
regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate psalmo xliiij. Insuper de dominio
temporali et tanti imperii sancte matris ecclesie catholice et apostolice. Audite quid dominus deus promisit
per os Ysaie prophete dicens: Ecce ego levabo ad gentes manum meam et exaltabo ad populos signum
meum et afferent filios tuos in ulnis et filias tuas in humeris portabunt et
erunt reges nutricii tui o ecclesia et regine erunt nutrices tue vultu in terram demisso
adorabunt te et pulverem pedum tuorum lingent et scies quia ego sum dominus deus
tuus. Ita scribit Ysaie xlix. Hec promissio scripturis impleta fuit quando sanctus Constantinus
imperator serpinam purpuream contulit et sanctam katholicam ecclesiam vestivit et ab illo et ab
illo tempore reges diversi principes vultu demisso in terram adorant sanctam matrem ecclesiam
katholicam et apostolicam. Romana heretica Bohemi volunt facere ... pauperes et mendicam
et hoc contra voluntatem dei et contra promissa spiritus sancti extollens se in superbia super omne
quod dicitur deus sic facit antichristus. Sed iam ad argumenta Bohemorum videamus.
Primo arguunt Bohemi dicens lex divina prohibuit levitis seu clero veteris legis habere pos
sessiones / ergo a forciori clerus nove legis non debet habere possessiones. Negatur assumpta
quia presupponit falsum. Quod probatur sic: Romana lex divina nunquam prohibuit simpliciter
levitis et clero veteris legis habere possessiones sed prohibuit eis habere sortem in fu
tulo distribucionis inter filios Israel. Ideo quia dominus voluit esse sors clericorum. Clerus namque grece
sors latine dicitur. Nam levite et clerus veteris legis quamvis fuerint pauperrimi respectu clericorum
nove legis tamen ex precepto dei fuerunt valde ditati in magnis possessionibus et in multis
pecuniis quod satis ex textu biblie probare volumus. Nam levite et sacerdotes ex precepto dei
habuerunt xlviij civitates magnas et munitas habuerunt in circuitu suburbia maxima
ad alendos greges sicut scribitur Josue xxj et qui multa non edit computum inter capitulo
civitates quas Josue de qualibet tribu dedit levitis et sacerdotibus et valet ... dixisse ...
... Insuper habebant levite et sacerdotes ex precepto dei omnes decimas primicias
frumenti et olei quas vendebant pro multis pecuniis habebant et levite et sacerdotes
ex precepto dei omnes oblaciones et omnia sacrificia pro peccatis et omnia vota tam in agris
quam in possessionibus. Romana quedam vota non poterant redimi nec poterant vendi sed erant
iure perpetuo sacerdotum. Sicut scribitur Levitici ultimo capitulo possidebant levite et sacerdotes ex
precepto dei bona primalia nunc hereditatis primogenitorum tam hominum quam animalium
ut habetur Deutero. xviij capitulo Summi quoque sacerdotes iudeorum erant affines Regum qui copu
labantur regali matrimonio usque ad transmigracionem babilonis. Et post transmigracionem babilonis
summi sacerdotes iudeorum imposuerunt diademata et regnabant in iudea usque ad regem
Herodem ~~regis diademata et regnabant in iudea~~ ut testatur ... historiis

apostolorum Christi manibus iam erant episcopi et sacerdotes non sunt temporales sed sunt domini et
principes quia deus constituit eos dominos et principes sicut testatur spiritus sanctus per prophetam
dicens pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos principes super omnem terram psalmo xliiii
Quia ergo secundum Augustinum ecclesia sancta genuit filios et episcopos et sacerdotes pro patribus et pro
apostolis vel loco apostolorum ut habetur in canone Ecclesiam [illegible] et ipsos fili-
os et episcopos et sacerdotes constituit principes super omnem terram ubi non accipitur terra bo-
hemorum quia placeat bohemis vel displiceat oportet quod intra bohemiae sunt domini et
principes [illegible] et sacerdotes Quia teste veritate scriptura non potest solvi scriptura ergo pa-
obiecto bohemorum est falsa Item arguunt bohemi de clericis novae legis
quod est successor clero veteris legis ergo non debet habere possessiones negatur quia
et non est ista quia perfectio Christi aut vite non consistit in voluntaria paupertate
essentialiter ut probat sanctus thomas [illegible] articulo iii Et ponit
exemplum de abraham Job et david qui erant divites in magnis possessionibus et tamen
erant perfecti directe. Unde ad abraham Ambula coram me et esto perfectus Genesis xvii
[illegible] perfectus [illegible] deus [illegible] assignat in [illegible]
[illegible] Quia homo non multiplicat et Seneca inquit [illegible]
[illegible] sapiens rogat dominum dicens proverbiorum xxx paupertatem ne de-
deris mihi ne forte compulsus paupertate furer aut periurem nomen domini mei
Quia propter inopiam multi deliquerunt Sapientie viii? Et quod perfectus tamen
morat quod caput Egipti gens sacerdotum vocatur [illegible] de re publica [illegible]
dio assignata fuit possessio ne per rerum curam divina distraherent quia omnium aliorum
[illegible] sacerdotum est dignissima [illegible] Octavus quod Joseph patriarcha tota Egiptum
pharaoni subiugaret preter terram sacerdotum Quibus sacerdotibus ex publico horreo prebentur ciba-
ria in habundantia et ideo [illegible] Genesis xlvii Item apostolus i ad Thimotheum v qui bene
sacerdotes et presbiteri duplici honore habeantur digni scilicet honore sumptum et honore reverentie
et [illegible] audite quid sacerdotibus promisit spiritus sanctus per Ysaiam prophetam dicens
Vos sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri dicetur vobis fortitudinem gentium
comedetis et in gloria eorum superbietis ita scribitur Ysaie lxi Ergo placeat bohemis
vel etiam displiceat oportet quod sacerdotes domini fortitudinem bohemorum comedent et in gloria eorum
superbiant Quia teste veritate nec scriptura non potest solvi prophetarum dicta ergo secunda obiectio
bohemorum est falsa Secundo adhuc arguunt bohemi de Christo precepit apostolis et sacerdo-
tibus non habere possessiones cum dixit nolite portare sacculum neque peram et noli-
te possidere aurum nec argentum ergo sacerdotes non debent habere et omnino nil possidere
Respondetur cum veritate Quia haec auctoritas Evangelii valde impertinenter alle-
gatur quod probatur sic quia dominus et salvator dixit illa verba discipulis suis cum
misit eos primo ad predicandum in Judea Sed ecce quedam verba statim eodem anno
revocavit cum dixit Nunc autem qui habet sacculum tollat similiter et peram et qui
non habet emat sibi gladium Luce xxii Quod tractans beatus ambrosius ut mirantis
da res pie domine quare precepisti primum dicere ut emat sibi gladium tamen ipsa
non habet opus gladio quia ipsius erat dictam contra infideles pro patria et per
passiones sed passio etiam verbis per totum mundum diffusa est Inquit ambrosius Et
sagena ecclesie continet bonos et malos Quare nunc etiam terra dicit habere gladium
et potestatem et templa domini ut quos timor dei a malo non revocat temporalis sal-
tem pena cohibeat aperta non obstante quod magister sacerdotes prahensium hereticus in pub-
lica audiencia super illo verbo Vidimus stellam eius in oriente sic exponebat Stella
in oriente est primitiva ecclesia in qua erant omnes boni manifeste et non erat ma-
lus manifeste sed solum occulte In principio autem etiam vel omnes manifeste sunt
mali et nullus est bonus manifeste nisi occulte Ego autem ostendi in dicto opere
[illegible] predicationem fuisse falsam Quod probo sic Judas unus erat ex primitiva
ecclesia et non erat malus manifeste sed non occulte Quia manifeste tradidit
dominum precium accepit et abiens laqueo se suspendit Et diffusa sunt scelera
eius et totum scilicet manifestum factum est omnibus habitantibus in Jerusalem Actuum i Item deinde
Nicolaus dyaconus qui fuit unus de vii cum beato Stephano ab apostolis

ordinatus Actu vi cuius Nicolaus dyaconus secte pgasceniorum (?) qui predicaverunt omnes
mulieres omnibus esse communes more brutorum animalium et propter hoc factus est hereticus ut testatur
beatus augustinus in libro de heresibus Et habetur in decreto xxiiij q iii tria Iste nicolaus hereticus
habuit multos discipulos hereticos qui vocantur Nicolaite et erant in primitiva ecclesia
et tamen erant manifeste mali De quibus dicitur loquitur Apokalipsis ijo dicens habes et tu doctri-
na Nicolaitarum primam agant demumque actus viij scribitur Quod in primitiva ecclesia erat
quidam Simon ab apostolis baptisatus Iste petrus obtulit beato petro multam pecuniam
volens emere spiritum sanctum et propter hoc factus est hereticus Cui dixit petrus Pecunia tua
tecum sit in perdicionem Iste Symon habuit multos discipulos qui vocantur Symoniaci
heretici et isti erant in primitiva ecclesia et tamen erant mali non occulte ut asserebat predictus
hereticus sed erant mali manifeste Nam ut ait ysidorus de summo bono Quod heretici
ingenti studio mendacia sua dicunt et labore vehementi ut unitatem ecclesie veniat
decertant Ex quo patet quod semper in ecclesie dei habeat gladium i. potestatem et temporale domini-
um beatus augustinus in Epistola ad bonifacium Et habetur in decreto xxiij q iiij c Si ecclesia vera
ad obiectionem bohemorum hereticorum dicentium quod ecclesia non debet auxilium secularium invocare
contra malos quia apostoli hoc non fecerunt Inquit augustinus hoc heretici dicunt dicunt
qui contra suas impietates leges iustas et sanctas institui nolunt Tamen ecclesia
katholica que apud sancto dicitur quod malos debet habere gladium quia debet habere potestatem
et temporale dominium ergo tercia obiectio bohemorum est falsa
Sed adhuc arguunt bohemi quod apostoli in primitiva ecclesia nichil habebant proprium ergo
nec sacerdotes presentis ecclesie debent aliquid proprium habere et possidere Videtur tamen veritate
in istud argumentum dicere quod bohemos Quod probatur sic in primitiva ecclesia non solum
apostoli sed etiam omnes christiani nichil proprium possidebant Sic habetur actuum iiij Nemo
aliquid dicebat proprium sed erant eis omnia communia et distribuebatur unicuique sicut
unicuique opus erat Hoc idem christus precepit omnibus christianis dicens nisi quis renunciaverit
omnibus que possidet non potest esse meus discipulus luce xiv ergo omnes bohemi layci et clerici
si volunt esse christi discipuli oportet quod nil habeant et omnino quod nichil possideant Et sic
stulti bohemi magis contra se ipsos quam contra sacerdotes allegant Quia ut ait ysidorus
de summo bono capitulo xx et aliqui heretici invicem se colligunt ut quod ecclesiam pari errore
per dectant Et qui invicem sunt divisi in adversitatem ecclesie simul consistunt Venio
Quartum principaliter huius scilicet bohemorum articuli finalis sic concludo Quod omnis
homo sive sit bohemus sive moravus pertinaciter asserens quod christi ecclesia non debet
possessiones habere est hereticus et iam dudum ab ecclesia katholica condempnatus Quod probatur
augustinus in libro de heresibus dicit Quod apostolici sic se heretici ~~in vicem se colligunt~~ se ab
qui se ab ecclesia vel serpentes arrogantissime dogmatisaverunt nullum sacerdotem debere
aliquid possidere et propter hoc facti sunt heretici Ideo probatur concilio Digathori in
quo sacre generali concilio reprobata et redempta fuit illa heresis que dicebant quod sacer-
dotes et ecclesia christi nil debent possidere Et habetur in decreto xii q prima Insuper hec
idem probatur generalis per clavem Et canone apostolorum c per primum sacerdotes quod
Constanciensis Sinodus in spiritu sancto legitime congregata ut obstinent de loquencium
intentione articulum viklef anglici et heretici canonice reprobavit et solle-
mniter pingues condempnavit Et ratio est ista quia possessio cleri et sacerdotum patet
probari exemplo christi et primitive ecclesie Nam in primitiva ecclesia et in christo primi
erant lazarus et martha maria Magdalena Nicodemus Joseph ab arimathia
Nobilis decurio qui erant divites et bona temporalia possidentes et tamen erant
perfecti et sancti et christus habebat loculos Unde beatus augustinus super Johannem in omelia hoc
